[Ledderhose]
De jure
acquirendi
feuda

1776

Kl
804

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113487-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113487-p0002-0

118 315

# DE IVRE INGENVORVM, ADQVIRENDI FEVDA.

Kl 804

Verf.: Herm. Wilh. Ledderhose

Μωμήσεταί τις θᾶσσον ἢ μιμήσεται.

[Cassel]

CIↃIↃCCLXXVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113487-p0003-6

…EN. BIBL.
DER
UNIVERS.
HALLE

# DE INGENVIS FEVDORVM IVRE NON EXCLVSIS.

## §. I. INSTITVTI RATIO.

Cum iuris aliquod ſpecimen edere conſtituiſſem, iudicaui, nihil me optati conſequi poſſe, niſi argumentum deligerem non modo ſuaue, ac iucundum, ſed etiam acceptum quod eſſet harum rerum intelligentibus, quibus me meaque vnice cupio probari. Nam vulgum hanc eruditorum, morus ego ſi morer. — Hoc igitur cogitanti mihi, etſi plures in mentem venerant quaeſtiones inter Viros doctos agitatae, nulla tamen placuit magis, digniorque viſa eſt tractatione, quam illa iuris patrii: *num ingenui*

*adquirere, feuda poſſint.* Quamquam enim pro ea, qua, nunc quidem ſcriptorum laboramus, copia, nullum fere iuris thema intactum manſit, ita, vt operam huiusmodi rei nauans nihil praeter numerum adferre queat, iuris tamen Germanici priuati ſtudium hoc peculiare ac praecipuum habet, vt graſſante licet in dies conſcribillantium gangraena, latiſſimum nobis aperiat campum, in quo induſtria qualiscunque noſtra verſari poſſit. Scilicet cum leges Germaniae prouinciales, quarum a conſenſu, tanquam a limpidiſſimo fonte ius deriuandum eſt *hodiernum*, in tantam excreuerint molem, vt iisdem comparandis, nedum perſcrutandis, vix hominis aetas ſufficiat, haec ipſa ſane ſubſidiorum copia, dicam an inopia in cauſſis neglecti iuris patrii habetur. — Erunt itaque fortaſſe, qui nimiae me fiduciae arguant, quod manus admouerim operi, cuius grauitas, etiam exercitatum, cui experientia amplior, aut apparatus ſuppetit inſtructior, nedum me, hominem ab huiuscemodi rebus imparatum, deterrere poſſet. Verum credant illi mihi, homini a confidentia, aut aeſtimatione ſui quam longiſſime remoto, nihil abeſſe, quin cum probe ſciam, quam ſalebroſo difficilique in loco mihi verſandum ſit, lubens me imparem profitear tantae rei conficiendae, neque alio me animo ad ſcribendum acceſſiſſe, quam, vt quae vndique collecta ad manus erant, veluti ſymbolam aliquam conferrem. Iam igitur, vt ſine longiori praefatione ad rem ipſam aggrediar, praemiſſis iuris Longobardici et Germanici antiqui placitis, medii aeui mores cum iure ita contendam hodierno, vt diuerſum ius, quo, circa praeſens argumentum vtitur Germania, quanta noſtra quidem feret curta ſubſidiorum ſuppellex, in apertum, proferatur. Quem laborem, ſi aequis rerum arbitris, et aetatem meam et difficultates quae hominem extra partes conſtitutum tale quid cogitantem manere ſolent conſiderantibus, non prorſus improbatum iri intellexero, equidem egregie de me actum putabo.

§. 2.

## §. 2.

## IVRE LONGOBARDICO OMNES INGENVI FEVDORVM CAPACES.

Iure igitur feudali Longobardico, ingenuos omnes, neglecto vlteriore natalium, indeque pendente, ſtatus ciuilis diſcrimine, feudorum capaces haberi tam certum eſt ac indubitatum[1], vt aliter ſentientes fluctus in ſimpulo excitare, videantur. Quodſi tamen pro eo, quo trahor veritatis ſtudio dicere liceat quod res eſt, firmandae quam defendo ſententiae, fruſtra ſubiiciuntur verba II. F. 3. §. 1. "*Sed etiam res, cuius alienatio prohibetur, nec per „beneficium dari conceditur, niſi in caſibus: vt ecce ſi quis ex agnatis „tuis rem, quae a communi parente, per ſucceſſionem ad eum peruene„rit, alienare voluerit: non permittitur ei etiam ſecundum antiquam „conſuetudinem alii eam vendere, niſi tibi vel alii proximiori pro aequali „pretio accipere volenti. Per feudum tamen cuilibet dari poteſt.*" Etſi enim ea prima fronte, dubitationem omnem videantur tollere, tamen ſi examinentur curatius diſperit, quod inde ducitur argumentum. Nam cum boni ſit interpretis, antecedentia cum ſubſequentibus conferre: id ſi feceris, illico verborum haec tibi patebit ſententia: etſi eadem ſecundum regulam ſit alienationis ac dationis in feudum ratio, diuerſo tamen vtramque iure cenſeri tum, cum agnatus, feudum antiquum, extraneo, vel agnato quidem, at remotiori, vendere prohibeatur, data tamen eidem licentia, illud ſubfeudi lege, cuilibet alii, etiam extraneo, nec proximum in familia tenenti gradum conferendi. Praeterquam enim quod agnatus hoc ſine fraude agens, iure ſuo citra vllius vtitur iniuriam, ita nihil prorſus vel domini, vel agnatorum decedit iuri, quorum ideo ne conſenſu quidem opus eſſe, nobis quidem, iure haud refragante placet.[2] Oppido itaque principium petunt, qui ex iis, quae adduximus verbis, tuto colligi poſſe pu-

tant, ingenuos feudorum capaces eſſe, cum et ſubuaſallus, quamquam extraneus aut remotior, ad ſeruitia ex feudo praeſtanda, idoneus requiratur. Neque maioris eſſe videntur ponderis, ad quae vulgo prouocant verba §. 2. "*Perſonam vero inueſtituram accipientis non diſtinguimus.*" Cum enim diuerſa plane eſſe poſſit, inveſtituram accipientis, vaſallique perſona, haec potius verborum, proprietate ſeruata, videtur eſſe ſententia: nihil prorſus intereſſe, vtrum ipſe vaſallus, vel mandato eius alius inueſtituram accipiat, quod hoc negotium vtrinque per procuratorem expediri poſſit[3]. Cui, vel hoc argumento eſt, quod mox, *et ſeruus inueſtiri poſſe*, dicatur. Etſi enim ſeruus a domino inueſtitus, liber, quid? quod militiae fauore, ingenuus[4] fieret, tamen ab extraneo ſciente inueſtituram accipiens, nudum ſaltem miniſterium praeſtando, feudum domino adquirit.[5] Magis potius ad rem pertinet, *Valuaſinorum* inter vaſallorum ordines appellatio. Quemadmodum enim *Valuaſores maiores*, cum tuendae libertatis gratia, tum imperii ſtudio, de paranda ſibi vaſallorum familia cogitabant, ita procedente tempore, *minores*, creſcente feudorum libidine ſiue, quod altiora vrgentes iuribus dominorum eſſent infeſti, ſiue quod pro ſaeculi genio militiae traherentur cupiditate, accedente aemulationis ſtudio, inferioris conditionis viros, ſibi vaſallagii nexu obligabant. Atque exinde nouum illud vaſallorum genus fuit inuectum, ſcilicet eorum, quos e plebe ortos, contemptim *Valuaſinos* dictos fuiſſe nouimus. Id quod, aperte ſignificat, quisquis ille fuit collectionis iuris Longobardici auctor, dicens:[6] "*Ceteri — qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet nouiter a capitaneis ſeu valuaſſoribus acquiſierint, plebeii nihilominus ſunt.*" Imo Otto Frisingensis[7] diuerſos vaſallorum ordines enumerans, tres eorum recenſet, nimirum *capitaneorum, valuaſorum et plebis*. Neque tamen initio, feuda *Valuaſinis* h. e. ingenuis ex plebe conceſſa, iis quae reliquus ingenuorum ordo

tene-

tenebat, penitus exaequata fuiſſe, vel inde patet quod, ſi ab indulgentiori Mediolanenſium curia diſceſſeris, communi Longobardorum iure, iisdem ius feudi, ſiue ſucceſſionis[8] negatum fuit. Quid? quod diſerte ſtatuitur, feudum a plebeio quidem, at iure perſonali, ita teneri poſſe, vt morte domini vel poſſeſſoris extinguatur omne ius, ac, penitus ceſſante eius in heredem transmiſſione, ſaluam dominus liberamque eiusdem ad precarii modum reuocandi habeat facultatem.[9] Neque tamen aetatem tulit haec, qua de loquimur, iurium diuerſitas; temporis enim tractu ingenuos omnes pari iure circa feuda vſos eſſe, aperta tradit iuris conſtitutio.[10]

1. HORN Iurisprudentia feudalis C. 5. §. 26 et 27.
2. II. F. 35 §. 2. adde BITSCHII Comm. in conſuet. feud. p. 234.
3. VVLTEIVS de feudis C. 4. §. 1.
4. Arg. L. 6. C. Qui militare poſſunt &c.
5. HORN l. c. §. 28.
6. II. F. 10. KREBEL de diuerſis vaſallorum ordinibus §. 26. 27. 28.
7. de geſtis Friderici I. L. 2. c. 13.
8. Hunc vocis ſignificatum obſeruauit Perill. G. L. BÖHMER in Progr. de ſucceſſione olim negata in bonis iure curiae datis §. 2. Obſ. feud. p. 179.
9. I. F. 1. §. 4. I. F. 16. II. F. 10. §. 1. II. F. 53.
10. I. F. 7.

## §. 3.

## IVRE GERMANICO INGENVI PRIMVM OMNES, POSTEA MILITARES TANTVM AD FEVDA ADMISSI.

Praemiſſis peregrini iuris placitis, id nunc agendum nobis eſt, vt, quo iure maiores noſtri in re propoſita vſi ſint, paucis videamus. Quamquam enim quae de ſtatu eorum militari, iuribusque

 busque

busque cum inde, tum ex ingenuitate pendentibus dici poſſunt, Perilluſtris G. L. Böhmer[1] et Illuſtris ac Generoſiſſimus de Selchow[2], Viri omni laude mea maiores, iuſtis expoſuerint commentariis, vt vel iis qui neque eruditionis, neque doctrinae deſtituuntur copia, nedum mihi, qui tenuitatem haud diffiteor meam, vix aliquid relictum videatur ſpicilegii, tamen, ne ordinis rationem neglexiſſe videar, ſumma doctrinae capita rudi ſaltem penicillo adumbrare conſtitui.

Atque antiquis temporibus, quibus dedecori habebatur ſudore adquirere, quod poſſet ſanguine parari, communis erat ingenuorum, non habita bonorum ratione, ad militiam capeſſendam obligatio.[3] Praeterquam enim quod genio Germanorum, vt erant quietis impatientiſſimi, et in bello belli cauſſam quaerere ſoliti, nihil conueniebat magis, quam hoſtibus vocatis vulnera mereri, non modo vni parentium ſubiectionis ratio, ſed etiam commune ciuitatis vinculum, quo tenentur alii, argumento eſt, omnes haud infimae in republica conditionis viros militari munere fungi debuiſſe.[4] Bellum igitur ſi quod communi ingenuorum ſuffragio fuerat decretum[5], caſtra ſequi cunctos oportebat, niſi quos aetatis, aut infirmitatis ratio excuſaret, neque praeter ſpolia vllum periculi praemium ferebant. Non autem aliam ſub Francorum imperio et Carolingicae ſtirpis regibus rerum fuiſſe faciem, conficitur eo, quod banno miſſo, ingenuus quilibet citra mercedem, aut *comparere*, aut *heribannum* ſoluere[6], aut ſi non haberet vnde ſolueret, idem *reuadiare*[7] cogebatur. Immo quo magis militiae ſuus conſtaret ordo, capitularibus cautum nouimus, vt vnusquisque liber homo, acciperet *ſeniorem*, cuius auſpiciis militaret.[8] Reliquus itaque ingenuorum ordo, non natalium genere, ſed poſſeſſionum copia impar, his ducibus, qui prout quisque polleret opibus, plures milites haberent, tanquam *minor manus*[9] ſigna ſequi conſueuit. Manebat itaque illaeſus

ſus priſtinae militiae ſtatus, niſi quod intuitu praediorum, *praecipue beneficii lege conceſſorum*, arctior reddita fuit ad militandum obligatio, et ſpatio temporis quoque circumſcripta.[10] Verum inde ab Henrici I. temporibus inſignis apparet huius rei facta mutatio. Cum enim ex *agrariis militibus*, nonus quisque in loca munita translatus eſſet, et vero non ſufficientiae tantum, ſed ſecuritatis quoque ratio plures in dies lucri magis quam gloriae ſtimulis actos, impares potiſſimum militiae ſumtibus ferundis, in eadem loca inuitaret: accidit, vt, qui maiorum veſtigiis inhaerentes, militiae vacabant, ſeparatum conſtituerent ordinem.[11] Atque vt in quacunque fere republica militari fieri ſolet, vt quaevis alia vitae agendae ratio aut ſordeat, aut inferiori ſaltem loco habeatur, ita ex quo vrbes latior murus ſepire coepiſſet, ingenui milites et qui ab iis deſcendunt militares, quos poſterior aetas nobiles appellauit[12], praecipuum honoris gradum aſcenderunt, ita vt inſignis inter ipſos atque reliquos ingenuos, qui vel in vrbes ſeſe receperant, vel vomeri addicti annum exſpectabant, orietur differentia. Equidem non id agam, vt huius argumenti diſceptandi cauſſa aliorum ſcrinia videar expilare: veruntamen, quod ſufficere nobis poteſt, prono inde fluit alueo, feuda, quae γνησίως militiae rationem habuiſſe in vulgus notum eſt, quorumque in primis in conſcribendis militibus habebatur[13] ratio non niſi ingenuis militaribus obueniſſe, neque ingenuos reliquos burgenſes aut ruſticos ad illa adſpirare potuiſſe. Quemadmodum enim ciuici generis homines, commerciis atque opificiis operam nauantes impares eſſe videbantur militari gloriae tuendae, ita multo magis ruſticis, et quod ſumtibus non ſufficerent, et quod aſſidue agris colendis vacarent, militia interdicebatur. Comprobat hanc ſententiam vetus auctor de beneficiis[14]: "*Clerici*, „inquit, *et mulieres, ruſtici et mercatores, et iure carentes, et in* „*fornicatione nati, et omnes qui non ſunt ex homine militari ex*

 „*parte*

„*parte patris eorum aut aui*, *iure carent beneficiali.*" Sequitur eum, vti ſolet, ſpeculator, cum ait[15]: Pfaffen, Wibe, Dorfere, Kauflüte, und alle die Rechtes darben, oder unecht gebohren ſin, und alle die nichten ſin von Ritters Art, von Vater und von Elter Vater, die ſuln Lehnrechts darben. Neque aliud habet, quisquis ille fuit, iuris Allemannici feudalis compilator[16], verbis: Pfaffen, Wibe und Geburen und alle die nit von ritterlicher Art ſind, die ſuln alle nit Lehn Rechten haben. Quodſi tamen indulgentia domini fieret, vt ingenuo non militari feudi concederetur poſſeſſio, id quod inde a temporibus magni, vt vocant interregni, ſaepe factum fuiſſe obſeruat Vir cuius merita

*— — — nec ventura ſilebunt*
*Luſtra, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas,*

D. G. Struben[17]: capax ille quidem habendus erat, ſed perſonam ſuam duntaxat obligabat domino, nec vllum ius in heredes tranſire videbatur. Ceterum quod ſupra de iure Longobardico nouiore me dicere memini, iuri Allemannico[18], ſeptimi quoque clypei hominibus ius feudi concedenti exacte reſpondere elegans eſt Viri poſt fata ſummi F. C. Conradi[19] obſeruatio.

1. D. de iuribus ex ſtatu militari Germanorum pendentibus.
2. Comment. de iuribus ex ſtatu Germanorum in Germania pendentibus, Electorum p. 122.
3. Tacitvs de M. G. c. 7. et 13.
4. de Selchow l. c. §. 9.
5. Tacitvs c. 11.
6. Gregorivs Tvronensis L. 5. c. 26. "*Poſt haec Chilpericus Rex*— „*iuſſit bannos exigere, pro eo quod in exercitum non ambulaſſent.* Apud Francos mulcta erat 60 ſolidorum, alias arbitraria, aut dupli praeſtatio. Vocatur quoque *emenda;* vide Regeſta Feodorum Campaniae f. 97. apud du Fresne

Fresne voce *Heribannum*, vbi dicitur: *Guido de Vilers fecit emendam domino Comiti, de hoc, quod non fuit in chevaucheia contra Metenſes.*

7. h. e. dominum datis aut fideiuſſoribus, aut pignoribus, ſecurum praeſtare. Capit. I. a. 810. c. 11. " *De heribanno vt diligenter inquirant Miſſi noſtri, qui hoſtem facere potuit* et *non fecit vt bannum noſtrum ipſe componat, ſi habet vnde componere poſſit. Et ſi tantum non habuerit vnde componere valeat, rewadiatum fiat* &c. Qui nec *wadia* dare poterat, ei in domini ſeruitium *wadii* loco erat eundum. Legibus Viſi Gothorum edicto non parentes, exilio, flagellis, vel decaluatione puniebantur; vide eas L. 9. t. 2. Immo ſecundum Capit. Lotharii t. 3. c. 27. talis capite puniebatur.

8. Böhmer l. c. C. 1. §. 5. Egregium exemplum profert Monachvs Sangallensis de geſtis Car. M. L. 1. c. 22.

9. Ita loquuntur Capit. Car. M. a. 807. c. 3.

10. Vide eadem c. 2.

11. Gvndling de Henrico Aucupe §. 20. Scheids hiſtoriſche und diplomatiſche Nachrichten vom hohen und niedern Adel p. 147. Ciues tamen, immo ruſticos tantum non omnes exſtructis licet vrbibus ingenuos manſiſſe euicit Auctor iuris patrii claſſicus, Gen. de Selchow l. c. S. 1.

12. Strvben Obſ. iuris et hiſt. Germanicae O. 1. §. 5. G. L. Böhmer de ingenuorum natalium probatione §. 7.

13. Caue tamen putes inde ab eo tempore ſolum nexum feudalem in cauſſa fuiſſe, cur ad militiam nobiles tenerentur: diuerſa enim eſt praeſtatio eines Lehn und eines Ritterpferds. Elegans huius rei argumentum continet Reſcriptum Mauritii H. L. d. 16. Maii 1622, quo nobiles euocaturus ait: So iſt demnach an Euch vnſer genediger Befehl daß ihr in der Perſon auffs allerlengſt Donnerstag den 23. dieſes Monats auffs ſtärckeſt ihr werden könt, vnd nicht eben auff die Lehn=Pferde damit man uns zum öfftern vnverantwortlich ab=ſchütteln wollen —— erſcheint —— wie ſolches einem getrewen Ritterßmann, Landſaßen und Unterthan gebühret. Sammlung Heßiſcher Lands=Ordnungen P. 2. Praef. §. 105.

14. C. 1. §. 4. apud de Senkenberg C. I. F. p. 159.

15. I. F. S. 2. ibidem p. 179.

16. C. 1. §. 4. ibidem p. 20.

17. Nebenſtunden T. 3. p. 423.
18. Auctor vetus de beneficiis l. c. §. 5. I. F. S. §. 2.
19. D. de prouaſallis §. 5.

## §. 4.

## LICITVM FVIT CIVIBVS QVOQVE AC RVSTICIS ADQVIRERE FEVDA VRBANA VEL RVSTICA.

Iam etſi recto talo ſtet regula, ingenuum non militarem, nec feudi adeo, ex quo ſeruitia praeſtarentur, capacem fuiſſe: vix tamen gradum tenuit priſtinus ille iuris rigor. Nam cum officium militandi[1], ad naturalia feudi illud quidem pertinens, fauorem contineret domini, ideoque mutua paciſcentium voluntate in aliud quodcunque fidelitatis genus conuerti poſſet: mirum non eſt, magis magisque creſcente allodiorum in feudum oblatione, pactis eiusmodi adiectis feudorum naturae fuiſſe derogatum.[2] Cumque introducta in beneficiis non militaribus ſucceſſione et ipſa quoque feudi naturam induerent[3]: ingenuis, quibus ad officia liber eſſet aditus non potuit non libera eſſe facultas feuda cum iis coniuncta poſſidendi. Atque ex his quas adduximus cauſſis, nata eſſe videtur, numeroſa feudorum impropriorum familia. Quae enim militiae rationem ſeruarent, ſecundum originem *propria*[4], vel, pro more ſaeculi[5], ex perſona poſſeſſoris *nobilia;* reliqua *impropria* modo, modo *ignobilia*, haec rurſus vel *vrbana*[6] vel *ruſtica*[7] dici coeperunt. Huc autem pertinent *feuda conditionata*[8], quibus cohaerere dicitur obligatio, ſeruitia non militaria, h. e. vel officium, vel aliud quodcunque debitum ex feudo praeſtandi.[9] Quod etſi exploratum eſt, iis, qui in huiuscemodi rebus cognoſcendis operam poſuere, vix vt confirmatione indigeat: tamen, ne qua ſuperſit dubitandi ratio, rem, quae eſt, exemplis quibusdam declarabimus. Quando igitur feuda ponimus eiusmodi,

ecte comunem
ntionis circa
iuris fontem

modi, ex quibus alia, quam militaria officia olim praeſtarentur: veniunt in hunc cenſum potiſſimum ea, quae propter *iudiciaria officia* collata nouimus; *aulica* enim et viris militaribus h. e. nobilibus propria fuiſſe ſatis conſtat.[10] Sane cum ingenui qui, militari gloria inſuper habita, aut commerciis aut agris colendis vacare coepiſſent, paſſim deſpicatui haberentur, immo procul aula remoti viuerent: fieri non potuit, quin Principes nobilium vterentur miniſterio, quod in bello praeſidium, in pace decus eſſet. De officio iudiciario commemoraſſe ſufficit feuda *villicationis, Burgimagiſtri* et *ſcultetorum.* Etſi enim negari nequit, haec de quibus loquimur, officia interdum nobilibus obueniſſe[11]: dubium tamen non eſt, quin ceteris quoque ingenuis aditus ad illa patuerit, quae ipſorum velut propria viderentur. Argumento quoque eſt, quod maiores noſtri pares a paribus iudicari voluerunt. Quid? vt alia praeteream, nonne clare ait I. P. S. L. 3. t. 61. Es mag niemand Schuldheis geſeyn er ſey denn frey und von dem Land gebohren da das Schuldheisthum oder Gericht innen liegt? Vnde, niſi me omnia fallunt, ingenuum indigenam ſculteti muneri idoneum fuiſſe intelligimus. Interim non iniucundum erit quaerere, cur hac in re etiam ad indigenatum, reſpexerint maiores? Atque huius rei duplex reddi poteſt ratio. Quemadmodum enim hiſtoriae fide nouimus, patriae deſertores illis admodum fuiſſe inuiſos, vt neque fidem, neque ciuitatis iura mereri viderentur: ita vel vnum hoc probationi ſufficit, quod cum ea tempeſtate, omne ius moribus contineretur, extraneus ſane non poterat illorum cenſeri peritia. Equidem poſſem quae hactenus diſputauimus diplomatum denique fide munire, ne tamen alienae meſſi falcem immittam, teſtimonium deferre liceat ſtrenuo patrii iuris vindici, Viro immortalis gloriae, D. G. STRVBEN[12], qui ciues atque ruſticos iudiciis interfuiſſe vsque adeo probatum dedit, vt dubio locus non ſuperſit.[13] Quae cum ita ſint: ſuapte ſponte iam ſequitur

 iisdem

iisdem quoque feuda loco ſalarii dari conſueuiſſe. Deficiente enim nummorum copia tanta, quae ſufficeret ſoluendis ſalariis cum maioribus noſtris inſtitutum feudale ſuâ ſeſe vtilitate adeo commendaſſet, vt quaecunque fere alios obligandi ratio feudi indueret naturam, ſcultetis et burgimagiſtris vel bonorum, vel mulctarum, vel ſportularum[14] denique, partem *feudi ambactae* lege, conferri in morem venit. Conſentaneum huic rei eſt quod I. F. S. traditur c. 72. Lehn zu Burgermeiſterſchafft geligen, erbet der Burgemeiſter uf ſine ſone, al darbe her des Heerſchildes. Mutata igitur priſtina feudorum indole, mox praeter officia, ad praeſtationes alias, veluti cenſus, cum pecuniae, tum aliarum rerum ad cultum victumque facientium produci coepit nexus clientelaris. Tantus autem eſt feudorum huius generis numerus, vt iis enumerandis vix ſufficere videantur anguſti quos nobis conſtituimus limites. Ne tamen hoc argumentum plane intactum relinquamus, feuda *vilana*, *burſae*[15], *pleiurae*[16], *venatoria*[17] *et culinaria*[18] allegabimus. Quae cum nihil cum militia habeant commune: nihil impedit, quo minus ea tum ciuibus, tum etiam ruſticis conceſſa ſtatuas. Sed priusquam vela contrahamus, monendum eſt egregie falli eos[19], qui haec quae enumerauimus feuda, ad feudaſtra ſiue ad bona feudis vicina ablegant. Nam cum et ſalua ſeruent feudi eſſentialia[20], et feudum a communi natura quodammodo recedens, in reliquis nihilo tamen minus praeſumatur proprium[21], vel trita illa interpretandi regula a verborum proprietate non temere eſſe recedendum dicens, ſufficere videtur profligandae illi, de qua agitur ſententiae.

1. BÖHMERI principia iuris feudalis §. 37.
2. HERT de feudis oblatis S. 2. §. 37. / I. C. BÖHMER de iuribus et obligationibus ex feudorum oblationibus pendentibus.

Böhmer de iure di feudum oppignoratum

3. G. L. BÖHMER de ſucceſſione olim negata in bonis iure curiae datis. Obſ. iuris feud. p. 176. KIND de beneficiis iure curiae conceſſis eorumque a feudis diſcrimine §. 14. et 15.

4. I. F. A. c. 113. §. 5. SCHILTERI Inſt. iuris feudalis C. 9. §. 4.

5. PVFFENDORFF O. I. V. T. 1. O. 34. et T. 3. O. 39. HERT de feudo nobili S. 3. §. 4. 5.

6. STVRM de feudo vrbano.

7. COCCEII D. de eo quod iuſtum eſt circa ruſticos in materia feudali. C. 3.

8. BÖHMERI principia iuris feudalis §. 244.

9. Noſtra facimus verba Ill. ac Celeberrimi I. A. HOFFMANNI D. Vtrum feuda cenſualia praeſumenda ſint feminea §. 3. *Feudis ſemel conſtitutis*, ait, *varia quoque illorum genera enata ſunt. Nam quilibet ex lubidine contemplatione rei in feudum conferendae ſibi aliquid a vaſallo tum vice ſeruitiorum cum praeter ea — ſtipulari poteſt.*

10. Strubens Neben=Stunden P. 3. p. 422. Exemplo aduocatorum Hanouerae probauit, GRVPEN Antiq. Hanouerenſ. p. 238.

11. Illuſtris ac generoſiſſimus DE SELCHOW l. c. C. 1. §. 14.

12. l. c. p. 108.

13. Notanda eſt appellatio, derer Schöppenbar freyen qua ingenuos ad hoc munus idoneos contineri nemo dubitat. G. L. BÖHMER de impari matrimonio &c. §. 6.

14. Exemplum habet PFEFFINGER Vitriarii illuſtrati P. 4. p. 678. Buri Erläuterung des Lehn=Rechts p. 233. 370.

15. ENGAU de feudis burſaticis.

16. DU FRESNE V. plegius.

17. Exempla dabit SCHANNAT Client. Fuld. p. 24.

18. DEINLIN de feudo culinario.

19. I. G. WOLFF Elem. iuris feudalis, immo illi omnes, qui feudum definientes, illud aiunt ſub obligatione ad ſeruitia militaria concedi.

20. Vnde merito diiudicanda eſt vera negotiorum indoles. Ill. HOFFMANN l. c. §. 6. & 8.

21. Arg. II. F. 26. §. 25.

## §. 5.

## SAEPIVS QVOQVE SAEC. XIII ET XIIII CIVICI ORDINIS HOMINES EX PRIVILEGIO FEVDA ADQVISIVISSE.

Fuit ea inde a Saec. XI. militiae ratio, vt cum equeſtris ſola in pretio eſſet, pedeſtres copiae, quae plebeiis cinguli honore carentibus atque neceſſitate ſaltem vrgente in hoſtem eductis, conſiſterent, non militum, ſed plebis (der Fuſsknechte) nomine adpellarentur.[1] Verum mutatio huius rei ſecuta eſt Saec. XIII. Conſtat enim, aliquando et plebeii ordinis viros[2] cingulo ornatos et equeſtris militiae participes redditos fuiſſe.[3] Quid? cum laetius in dies effloreſcerent commercia: et ciuium opes creuere, quibus militiae ſumtus ferre poſſent, et ipſi dum pedibus merereut, ſaepe tam ſtrenue ac fortiter pugnarunt, vt, niſi iam tunc generi tributa fuiſſet gloria, omnino his ad honorem via patere videretur: plures inquam, digni viſi ſunt, qui, quod genus ſuum meritis viciſſent equeſtri militia et cingulo militari condecorarentur. Qui ergo feudorum poſſeſſione arceri poterant? Denique ſacrarum expeditionum hoc quoque effecit calamitas, vt nobilium tam peregre proficiſcentium feuda, vel emtionis, vel oppignorationis iure in manus ciuium peruenirent.[4] Quo tamen ſarta et tecta praeſtaretur eorum poſſeſſio: ciuitates, quarum tum maxima erat auctoritas, priuilegiis Imperatorum ac Principum ſibi proſpicere coeperunt.[5] Atque antiquiſſimum, quod ſciam, ciuibus conceſſae feuda nobilium poſſidendi facultatis, inſigne illud priuilegium eſt, quod Imp. Fridericvs h. n. II. a. 1219. Noricae dicitur dediſſe[6] ciuitati. En verba illius: "*Quicunque* „*alicui ciui Norimbergenſi aliqua bona ſua, ſiue praedia, ſiue feuda obli-* „*gauerit aut impignorauerit, quocunque illa bona obligata deuoluentur,* „*ſiue*

*„ſiue ad dominos ſiue ad heredes; ciuis ille, cui antea fuerunt obligata „in quieta permaneat poſſeſſione, quousque a ſucceſſore redimantur. „Item quicunque aliquem Norimbergenſ. bonis ſuis ſiue praediis, ſiue „feudis quocunque modo inbeneficiauerit, ſi forte dominus feudi aliquo „tempore illi feudum negauerit vel ſi aliquis ipſum ciuem ſuper hoc impe„tierit et ciuis cum ſuis conciuibus teſtimonio legitimo comprobauerit ſe „eſſe inbenificiatum, in quieta permaneat poſſeſſione."* Similiter ciues BRISACENSES hoc ius priuilegio RVDOLPHI I. anno 1275. impetrarunt.[7] Verba, quae huc quidem faciunt, haec habentur: "*Praeterea ſupradictis ciuibus de Briſaco ex libertate regia concedimus, „vt poſſint habere feuda et poſſidere ſecundum conſuetudinem feudorum."* Idemque ius ciuibus ille NORTHVSANIS conceſſit a. 1290,[8] verbis: "*Adhaec volumus, vt dicti ciues in Northuſen quaecunque bona „quae a nobis et Imperio tenentur in feodum ſibi comparare vel emere „poſſint et debeant, dummodo huiusmodi comparata a Nobis et Imperio „habeant titulo feodali. Praeterea volumus, vt dicti noſtri ciues qui „ius ſue prouinciae obtinuerint conſequentiam habeant cuiuslibet benefi„cii quod feodum a dominis ſecularibus nominatur."* Neque aliud LVDOVICVS BAVARVS indulſit ciuibus SPIRENSIBVS a. 1315. Verba priuilegii ſunt[9]: Wir beſtättigen und beveſtigen Unſern lieben und getreüen den Bürgern von Speyer, daß ſie lehenbar ſeyn mögen und Urtheil ſprechen mögen mit den Rittern allenthalben, eiusque confirmatio debetur CAROLO IIII, qui, LVNIGIO[10] notante, annis 1315. et 1341. Spirenſibus ius feuda nobilia adquirendi ſalvum fore promiſit. Eodem iure LVDOVICVS BAVARVS anno 1340. rem auxit GOSLARIAE[11], vt paullo quoque antea MISENAE ac THVRINGIAE oppidorum; idque CAROLVS IIII.[12] rogantibus Friderico Balthaſare, Ludouico et Gulielmo, "*ad vni„verſos ciues et oppidanos per principatus terras et ciuitates, quas nunc „poſſident vel poſſiderent in futurum habitantes"* extendit ſanciendo, *„vt ipſi bona feudalia quae Quiritibus proprie debentur emere vel quouis*

„*alterius contractus titulo recuperare valeant, habilitans praeſatos ci-* „*ves ac oppidanos vniuerſos ad quaelibet bona feodalia vndecunque vel a* „*quocunque deſcendentia, ſupplensque auctoritate ſua in eis omnem de-* „*fectum, quem a iure vel a conſuetudine poſſent habere, vel pati aliqua-* „*liter viderentur, atque conſtituens quod eis ac eorum prouentibus libere* „*gaudere poſſint et ea cum omnibus ſuis iuribus tamquam priores natales* „*vaſalli queant ab hinc in antea liberaliter poſſidere.*" Porro SVIDNITIO tale quid conceſſit VLADISLAVS[13] A. 1504. his quidem verbis: Setzen und wollen darauff daß den obgemeldten Bürgern und allen Inwohnern unſerer Stadt Schweidnitz, jetzigen und künftigen, nu hinführ zu ewigen Zeiten all und jegliche Güter, die ſie auff dem Lande kauffen, frey und ledig in aller maße, wie der Ritterſchaft verliehen ſeyn. Nec non BRVNSVIGAE[14] a duce ALBERTO datum fuit priuilegium cuius verba prohibentia ſunt haec: „*vt nullus vaſallus ſiue nobilis ſiue miniſterialis exiſtat, Burgenſem ali-* „*quem in Brunſwic, ſi iam inpheodauerit ſeu inpheodare contigerit in* „*futurum ipſum burgenſem vaſallum ſuum alienet de bonis quae ab ipſo* „*tenet in pheodo.*" Poſtremo huc referri merentur litterae quibus FRIDERICVS BELLICOSVS ciuibus VITEMBERGAE, ſecuram promiſit feudorum poſſeſſionem quae auctore HORNIO[15] ſic habent: Geſchee auch daß die Dheiner Bürger ennich Lehn adir Pfand-Güter kouffen oder vorkouffen würden die wollen wir liehen, vnd vnſer Brive darüber geben.

1. Antiquis temporibus pars maxima copiarum pedeſtris erat, vnde penes peditem plus roboris fuiſſe TACITVS auctor eſt, l. c. c. 6. Immo Francos paucis admodum equis vſos fuiſſe teſtatur AGATHIAS hiſt. L. 2. Verum ab Henrici I. temporibus, copiarum multitudo ex equitum numero aeſtimari coepit. HANF D. de vario apud Germanos militiae ſtatu. §. 16. STRVBEN Obſ. iuris et hiſt. Germ. O. 1. §. 5.

2. METTINGH ſtatus militiae germanorum. p. 429. Exemplum notatu dignum narrat OTTO FRISINGENSIS l. c. L. 2. c. 18. Ruſticos quoque milites factos eſſe,

eſſe, docet charta apud Ill. Scheidt l. c. p. 485. qua Herr Baſilius Bock, Ridder, unde Baſilius Wulversberch, Knecht ſyn Sone, meierica conditione praedia accipiunt, promittentes Pflicht und Tyns. Immo nobiles nonnullos natales ſuos a ruſticis deducere, exemplo gentium Seckendorfiae, Nortenbergiae et Seinshemiae docet DE SELCHOW l. c. §. 22. Conf. CRAMER de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae C. 5. p. 325.

3. Teſtis eſt Auctor annalium Colmariae qui circa annum 1281. ait; *Multi ignobiles facti milites in Argentina.* Geminum eſt teſtimonium quod extat in Königshofens Straßburgiſchen Chronick C. 5. §. 104, quippe fata Bechtoldi Swarberi qui circa annum 1343. vrbi praefuit narrans ait: Under den kam die Gewonheit us daß die Antwerglute uf wegene wurdent ritende, wenn man uszogete in reiſen. Wan vormals giengent ſie zu fuße. Lehmanns Speyeriſche Chronick L. 5. C. 112.

4. Hoc enim ſumebant ſibi, cruce ſignati milites, vt, quo compararent ſibi ſumtus tam moleſtae peregrinationi ſufficientes, neglecto quoque dominorum conſenſu, beneficia, ciuibus, quibus tunc maxime parata erat pecunia, vel emtionis, vel pignoris iure relinquerent. Conficiunt rem verba ALTESERRAE de feudis Galliae c. 10, dicentis: *Ruente aeuo feudis obrepſerunt etiam plebeii et municipales. Hanc labem maxime arceſſierunt, variae Francorum in Syriam expeditiones, quarum cauſa Duces Comites et alii milites feuda et ditiones diſtrahere coacti ea in plebeios et clericos, ſeu eccleſias alienarunt vt facilius emtorem inuenirent.* Pertinent quoque huc litterae Eugenii III. quas exhibet OTTO FRISINGENSIS l. c. L. 1. c. 35, quibus, quo fidelium animos ad ſuſcipiendum iter adeo periculoſum *calcandamque Dei viam* excitaret fortius, liberam oppignorandi quae tenebant feuda dedit licentiam, dicens: *Liceat eis etiam terras ſiue ceteras poſſeſſiones ſuas poſtquam commoniti propinqui, ſiue domini ad quorum feudum pertinent pecuniam commodare aut noluerint aut non valuerint eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis vel aliis quoque fidelibus libere ſine vlla reclamatione impignorare.* Adde I. H. BÖHMERI D. de varia iurium innouatione per expeditionem cruce ſignatorum C. 3. §. 7.

5. Gen. DE SELCHOW l. c. §. 32.

6. HEVMANN de re diplomatica Frid. II. Imp. qua praeſertim huius Imp. tabulae ciuitati Norimb. a. 1219. 6 Id. Nov. conceſſae illuſtrantur.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113487-p0021-5

7. Schöpflin hiſt. Zaringo-Badenſis T. 5. p. 261.
8. Ayrmanni Syll. Anecdot. p. 304.
9. Lehmanns Speyeriſche Chronick p. 666.
10. C. I. F. p. 1190. Lehmann l. c. p. 699.
11. Docent hoc die Braunſchweigiſche Anzeigen v. J. 1755. p. 2086. vbi dicitur: "Ludwig aus Bayern verliehe 1340. 3. Nov. zu Staufen der Goslariſchen Bürgerſchafft die Gnade, daß ſie gleich andern Rittermäßigen Perſonen ſich der Heerſchilds-Gerechtigkeit bedienen und ein Goßlariſcher Bürger, wie jene, Lehne beſitzen und verleihen könnte.
12. Mencken de ciuibus Miſniae ac Thuringiae adquirendi feuda equeſtria p. 10.
13. Wernher de iure ciuium Suidnicenſium emendi feuda nobilia.
14. Scheid vom Adel p. 423.
15. In dem Leben Friedrichs des ſtreitbaren p. 890.

## §. 6.

## RECEPTO IVRE LONGOBARDICO, INDVCTOQVE MILITE PERPETVO OMNES ET SINGVLI INGENVI AD FEVDA ADMISSI SVNT.

At recepto vna cum Romano cui annexum erat Longobardico iure, eiusmodi priuilegiis plebeio genere natis non amplius fuit opus. Cum enim illud vſu adeo et obſeruantia per Germaniam inoleuiſſet, vt accedente tacito Imperii conſenſu, iuris communis vim obtineret[1], non potuit fieri quin, cum illo ipſo ingenui omnes, feudi capaces cenſerentur, aequali iure cum nobilibus vteretur ignobilium ordo. Accedit inſignis, quae inde a Sec. XV. et XVI. contigit circa militiam mutatio. Introducto enim, inde a Sigismvndi temporibus, milite conductitio eoque perpetuo, mutatoque armorum genere[2], cum antehac lacertorum magis viribus quam arte pugnarent, militaris generis viri, accidit, vt quemadmodum nobiles, niſi quos ſpeciale teneret vinculum, relicta militia ad aliud vitae genus adpellerent animum, ita

ita ignobiles ſuo quidem iure ſtipendia mererentur. Neque igitur cauſſa fuit amplius; cur abiecti iacerent. Neque enim militantes tantum ſua id virtute meruerunt, vt ſummos militiae gradus adſcenderent, nobilibusque hoc ipſo exaequarentur, ſed tantus quoque iis temporibus litteris habitus eſt honor, vt, gradibus academicis inſigniti pares illis, quibus longo cenſeri ſanguine datum eſſet, haberentur. Atque ex his quae dixi, oppido patet, quantum imminuta fuerit priſtina nobilitatis auctoritas. Etſi enim hodienum iuuat fumoſas maiorum ciere imagines, tamen vt ex multis vnum allegem, ex quo nobiles militia, tamquam proprio iure ceciderunt, feuda ceteris etiam ingenuis obuenere, qui vt militiae capaces, aliisque nobilitatis iuribus facti ſunt participes, ita pro ſe iuris Longobardici vti potuerunt auctoritate.

1. G. L. Böhmer de aetate vetuſtae conſuetudinum feudalium Longobardicarum collectionis §. 18. Obſ. feud. p. 58. Adde quae profert Vir omni elogio meo maior Perill. J. S. Pütter in der Litteratur des T. Staats-Rechts p. 50.
2. Perill. G. Lennep von der Leyhe zu Landſiedel-Recht p. 573. 748. D. G. Strvben de iure villicorum C. 6. §. 2. Häberlins Auszug aus der allgemeinen Welthiſtorie P. 8. p. 610. Hanf l. c. §. 17.

## §. 7.

## IVS FEVDALE LONGOBARDICVM, CVM SIT COMMVNE, RECEPTVMQVE PER GERMANIAM, IN DVBIO VIDETVR OBTINERE.

Eſt ea iuris Longobardici, per Germaniam, qua patet auctoritas, vt in ſubſidium obtineat, ſicubi deficiant aut familiarum iura conſenſu, vel expreſſo, vel tacito, inducta, aut leges moresque imperii ac prouinciarum. Sed quaerere adtinet, num fui eo vsque valeat momento, vt infringere, poſſit eam quam ſu-

pra §. 3. auctorem veterem de beneficiis et ſpeculatores ſecuti, adſtruximus ſententiam. Quae diſputatio vt procedat ordine, praemonendum eſt, nos non id agere, vt quanta harum collectionum, ſpeculorum praeſertim, olim fuerit auctoritas, disquiramus, ſed hanc potius nobis, *de vſu earum forenſi hodierno* acturis ſedere ſententiam, *ius illud Germanicum feudale, in iisdem, priuato ſtudio expoſitum, non obtinere, niſi obſeruantia vel conuentione ſeruatum eſſe adprobetur, immo ne obſeruantiae quidem probandae, teſtimonium ex his collectionibus depromtum ſufficere:* Ad prius quod adtinet, nulli prorſus dubio ſubeſt, iura Germaniae feudalia antiqua, e conſuetudinibus, aut curiarum deciſionibus, priuatorum ſtudio collecta, legum expreſſe latarum deſtitui auctoritate.[1] Nihil vero ad illorum naturam accedit propius, quam quod ſaepiſſime nomine eines Landbrauchs veniunt[2], quo ipſo quin iuri ſcripto opponantur dubio caret. Supereſt igitur de tacita legislatorum voluntate, ſine qua nulla conſuetudo inoleſcit quaeſtio: quae cum facti ſit, oppido patet eam alleganti eo magis probandam eſſe, quo certius eſt, ſummam iuris conſuetudinarii incertitudinem praecipue in cauſſa fuiſſe, cur ius feudale Longobardicum reciperetur.[3] Neque in contrarium mouet trita et vulgaris ſententia eorum, qui iuris patrii prae peregrino praerogatiuam, huiusque vim ſubſidiariam ad rauim vsque crepant. Cum enim deficiente probatione legitima, iuris nomen haud mereantur, veneranda ceteroquin illa medii aevi monumenta[4], eorumque non vſum, aut, ſi mauis, vſum iisdem contrarium, magno teſtimoniorum apparatu probauerit Harprechtvs[5]: fallor, aut inde ſequitur, *iuri Longobardico, in vim iuris communis recepto, tamdiu ſtandum eſſe, donec moris alicuius patrii antiquioris, probetur obſeruantia.*[6] Accedit huc inſignis, quam circa militiam contigiſſe obſeruauimus, mutatio. Cum enim res aliter, quam vtriusque ſpeculi placitis ponitur poſtea ſe habere coeperit: conſentaneum eſt, vt ceſſante illorum

...hique iuri peregri[no] ... tantummodo ...diaria: verum ... legum recen... cum imperii tum prouincialium atque obſeruantiarum hodiernarum ... quam autem respectu ad veteres illas collectiones habito.

illorum ratione nec ipſa hoc in argumento habeant locum. Recte igitur Vir, cuius pios manes veneror, D. G. Strvben[7], priſcis illis abuti ait moribus potiſſimum eos, qui mutatam noſtra aetate negligentes rerum faciem de obſoletis iſtis in vſum reuocandis cogitent: certe operam hanc omnem eſſe ſuperuacaneam.

Sequitur altera quaeſtio de modo obſeruantiam ſi qua allegetur, probandi. Ac nonnulli teſtimonium ſpeculorum huic rei conficiendae ſufficere exiſtimant; immo Thomasii[8], aliusue celebre nomen, veluti Gorgoneum caput, obiicientes, inuehuntur in eos, qui contrariam probent ſententiam. Verum ſi remoto praeiudicio rem curatius examinaueris, videbis falli egregie quotquot tanti faciunt ſpeculorum teſtimonium. Cum enim fidei hiſtoricae, quam optime expreſſit Vir erudititiſſimus ac doctiſſimus, Germaniae decus, I. A. Ernesti[9], ea ſit indoles, vt, niſi de ratione ſcientiae conſtet, flocci habeatur auctoris, quisquis ille ſit teſtimonium: quid, quaeſo, abhorret magis, quam eam antiquioribus illis iuris Germanici tribuere collectionibus[10]? quarum auctores vti, praeter Speculum Saxonicum ne nomine quidem conſtant, ita, vt nihil nunc dicam de eorum diſſenſu, multo etiam minus vnde hauſerint, quibusue nitantur argumentis, indicare poſſunt ſtrenui eorundem vindices. Praeterea, cum conſuetudo nudo probari nequeat teſtimonio, verum ad ſingulos actus dirigi oporteat probationem: plane ut ait Lavterbachivs[11] iuris Germanici antiqui valor, *ex vſu, non autem ſpeculorum verbis* aeſtimandus eſt. Placent igitur, ex animi dico ſententia, illi ſoli, *qui iure Longobardico recepto, ius poſſidendi feuda nobilia in plebeios ita translatum contendunt, vt plebeii, donec antiqui moris obſeruantia probetur, illius adiuuentur praeſumtione.* Prius tamen quam pedem figamus, admonendi ſumus, ex quo ignobiles vna cum nobilibus promiſcuo hactenus iure coeperunt vti, prorſus immutatam eſſe

 feudi

feudi nobilis appellationem. Quae enim perſonae poſſeſſoris antea inhaeſerant iura praecipua, v. g. immunitatis, ea cum obſeruantia, tum conceſſione qualitatem induerunt realem, adeo vt iura poſſeſſorum, e qualitate praediorum coeperint aeſtimari. Cum enim feudis nobilibus cohaereret obligatio ad ſeruitia militaria ideoque poſſeſſores adſtricti eſſent fidelitate reali, merito a collectis habiti ſunt immunes ne duplici onere grauarentur. Nec obſtat, quod vaſallorum hodie militia exoleuit, et praediis paſſim equeſtribus annua inhaeret praeſtatio: praeterquam enim quod haec ipſa in redemtionem ſeruitiorum ſoluitur, ideoque tamquam ſurrogatum naturam ſeruitiorum in quorum ſucceſſit locum, ſeruet: vaſallus quoque dummodo domino petenti, ſeruire paratus ſit, quoad is non petiuerit, retinet vtique, quod tenet feudum vna cum iuribus ob eius poſſeſſionem tribuendis.[12]

1. C. G. HOFFMANN Specimen coniecturarum de legibus germanicis. v. Buri l. c. p. 171. ſeq. Perill. G. L. BÖHMER Princ. iuris feud. §. 30.
2. Vide e. g. Rec. I. Friburgenſem d. 1498. §. 37, in der Neuen Sammlung derer Reichs-Abſchiede. P. 2. p. 46.
3. I. A. KOPP hiſt. iuris p. 180.
4. Pütters Rechtsfälle R. 7. §. 49. HELLFELD Opuſculorum iuris ciuilis p. 538.
5. In Comment. de iuris feudalis Allemannici non vſu moderno p. 47.
6. Pütter l. c. R. 13. §. 5.
7. Nebenſtunden P. 5. p. 36.
8. In notis ad Sincerum §. 55.
9. Comm. de fide hiſtorica recte aeſtimanda p. 7.
10. Pütter l. c. R. 7. §. 50.
11. C. T. P. Prol. §. 2. n. 8. §. 7. n. 6. Immo in ipſa Saxonia, morum licet antiquiorum tenaciori, ius illud Saxonicum *tantum habet a vigore, quantum ab vſu et conſuetudine*, vt ait PISTOR L. 2. 9. 13. n. 82.
12. Arg. II. F. 26. BÖHMER l. c. §. 97.

§. 8.

## §. 8.

## IN PLERISQVE IGITVR PROVINCIIS INGENVI OMNES EIVSMODI FEVDA ADQVIRVNT.

Atque ſic ſatis niſi ſuſcepti me fallit negotii amor, propoſitam firmaui ſententiam. Ne tamen rem abſoluiſſe magis, quam perfeciſſe videar: ad eam corroborandam leges nonnullas adferam particulares, his additurus quoque diuerſum ius prouinciarum earum, quae medii aeui placita ſeruarunt. Ad feuda igitur nobilia ignobiles pariter ac nobiles admittuntur in terris SAXONICIS ALTENBVRGICIS [1] quia clare hanc in rem ait Ord. Prou. P. 2. C. 2. t. 1. Nachdem zu einer Policey gutem Weſen ſonderlich mit gehöret, daß die Unterthanen unterthäniges Gehorſams halber Eydes-Pflichte, zumal gegen ihre hohe Obrigkeiten auf ſich haben; ſo ſollen die Erbhuldigung, wie ſie in dieſem Fürſtenthum vermöge des Haupttheilungs-receſſes verglichen, alle Lehen-Leute, Bürger und Unterthanen, der Städte und Aemter welche ſolche bey angetrettener Landesfürſtlichen-Regierung oder ſonſten zeithero nicht geleiſtet, annoch und zwar die Lehen-Leute, welche bey der geſammten Regierung beliehen werden, zugleich bey der Beleyhung ohne Unterſcheid ſie ſeyn Grafen, Herrn von der Ritterſchaft **oder anders Standes, Schrifft-oder Amtsſaßen** — daſelbſt abſchweren. Eadem plane verba habet ORD. PROV. GOTHANA [2] C. 2. t. 1. cauendo: Nachdem zu einer Policey gutem Weſen ſonderlich mit gehört, daß die Unterthanen unterthäniges Gehorſames halber, Eydes Pflichte zumahl gegen ihre hohe Obrigkeiten auf ſich haben; ſo wollen wir, daß die in unſerm Fürſtlichen Hauſe übliche Erbhuldigung alle unſere Lehen-Leute, Bürger und Unterthanen —— und zwar unſere Lehen-Leute welche bey unſer Regierung beliehen werden, zugleich bey der Beleyhung ohne Unterſcheid ſie ſeyn Prälaten, Grafen, Herren, von der Ritterſchaft **oder anderes Standes**

des Schrifft oder Amtſaßen, daſelbſt folgender geſtalt geloben und ſchweren ꝛc. ꝛc. Porro in hunc cenſum veniunt Terrae Brvnsvico Lünebvrgicae. Praeterquam enim quod in illis ius Saxonicum expreſſe abrogatum eſt, vt deficiente iure nouiori res tota pendeat a Longobardico: accedit Receſſus prouincialis Gandersheimenſis [3] ſanctio, quae viris honeſtis in praemium virtutis concedi vult feuda nobilia; licet nobiles indigenas praeferat extraneis. Verba ſic habent: Fürs ein und vierzigſte hat viel hochgedachter Fürſt, Herzog Heinrich Julius zu Braunſchweig ꝛc. der heimb-gefallenen Lehen halber ſich in Gnaden dahin vernehmen laſſen ob wohl S. F. G. dieſelbe **wohlverdienten Leuten die eines ehrbaren, beſtändigen, auffrichtigen Gemüths ſeyn nach wie vor nach S. F. G. Wohlgefallen von newen wieder zu verleihen ſich kein Ziel noch Maß vorſchreiben laſſen kan**, daß doch S. F. G. die eingeſeſſene von Adel, wan ſie —— gnugſam qualificirt ſeyn —— vor Frembden — damit zu bedenken nicht ungeneigt. Eodem iure reguntur Terrae Megapolitanae. Propoſuerat quidem ordo equeſter, teſte Moellero [4] inter alia grauamina, daß die ausgeſtorbene Lehn zum Theil nicht wieder conferirt würden, ſed reſponſum Principis minime ex voto cecidit: Ihro Durchlt. zweiffeln nicht, daß Dero Hochlöbliche Vorfahren und Ihro Durchlt. ſelbſt, ſich alſo bezeigt, daß die von Dero getreuen Ritterſchafft ſich deſſen werden dancknehmig zu erinnern haben, wollen auch hinführo ſich alſo gegen dieſelbe bezeigen, **daß die** *meriten* **getreuer Lands Patrioten** unvergeſſen bleiben ſollen, jedoch können J. Durchlt. ſich hierinnen nichts vorſchreiben laſſen. Bene autem merentium nomen ignobiles quoque dignos complecti vti per ſe patet, ita ad eosdem vſu interpretationeque ius produci, idem, cuius teſtimonio vſus ſum, exiſtimat Moellervs. [5] Addimus Marchiam Electoralem. [6] Clare enim ait Rec. prou. de 1653. §. 12. Competiren die priuilegia ratione bonorum,

norum, ſo folgen ſie auch den Gütern und wird der Käuffer er ſey adel oder unadel ſolche Privilegien vna cum feudo zu genießen haben. Notanda interim haec inter nobiles ac plebeios differentia eſt, quod non niſi in ſubſidium, deficiente emtore nobili, nec in perpetuum, ſed ad tempus equeſtre praedium addicitur ciuicae conditionis homini, conceſſa interim nobili cuicunque libera illius reluendi facultate. Diſerte hoc tradunt conſtitutionis[7] verba: Wenn adeliche Güter ob urgens aes alienum diſtrahirt werden müſſen, ſo ſind zuförderſt die agnati ad emendum v. conſentiendum zu citiren, kähme es aber excluſis agnatis ad extraneos emptores ſo iſt in emptione der adelichen Güter, einer von Adel billig einem andern ſo nicht ex ordine nobilium iſt, in allewege zu praeferiren. Und wenn es denn ja nicht zu ändern und in Mangel anderer Käuffer die Güther einem Bürger zu Befriedigung derer creditoren, unumgänglich müſten zugeſchlagen werden —— ſo haben unſere Räthe dahin zu ſehen — daß der contract auf wenige Jahre eingerückt werde — und wird alsdenn einem von Adel dem das ius reluendi competirt dennoch vor andern refuſo pretio et meliorationibus — die reluition verſtattet. Pertinet huc Hassia. Id ne pro auctoritate, quae mihi nulla eſt dixiſſe videar, teſte liceat vti Viro, in litteras patriamque meritis poſt fata Celeberrimo I. G. Estore.[8] Hic enim eam ipſam quam defendo, ſententiam, magno exemplorum comprobauit numero, quibus etſi nouiora addi poſſunt quam plurima, tamen ne lectores iuſto morer diutius: laudaſſe ſuffecerit modum ſteurarum, vulgo den Steuer-Anſchlag de 1532.[9] quo ciues iubentur ſextam redituum e feudis percipiendorum collectarum nomine praeſtare, his quidem verbis: Vnd ſolchen ſechſten Theil ſollen auch vnnſer ſonder Bürger vnd einwoner der Stette — von gemelten einkommen yrer Roit lehen geben. Atque his conuenit norma Treiſenſis[10] qua conſtitutum legitur anno 1594: Es ſollen in dieſer Stewer — verſtewrt

werden

werden alle und jede Lehen-Güter des Adels und der Bürger. Fruitur autem plebeius praedii nobilis poſſeſſor iuribus tantum non omnibus eidem cohaerentibus[11], hinc vt e multis vnum adferam nulla praeſtat onera, praeter ea, quae equeſtris ordo ſua ſuſcepit ſponte. Addimus denique ius SAXONIAE ELECTORALIS ac PRINCIPATVS MINDENSIS. Ad Saxoniam igitur illam quod attinet, nulla prorſus dubitatio eſt quin ciues ad feuda nobilia ibi adſpirare poſſint. Huic rei argumento eſt priuilegium Caroli IV, ciuibus Miſniae et Thuringiae 1350. conceſſum quo habiles ad quaelibet bona feudalia declarantur. SCHILTERVS[12] quidem putat, ius illud receſſu prouinciali d. 17. Aprilis 1666. prorſus abrogatum, ſimul prohibitam eſſe feudorum in ignobiles alienationem: verum ſi fides habenda eſt viris, de iure Saxonico optime meritis, LEYSERO[13], BAVERO[14], et qui primo loco nominandus fuerat WABSTIO[15], fugit ea in re virum poſt fata ſummum ratio. Tentarunt quidem in comitiis prouincialibus vti LEYSERVS refert, equites Saxonici priſcum ius in vſum reducere, petentes, vt feuda quae ignobilibus iam collata eſſent, eis relinquerentur, interdicta tamen vlteriore in eos alienatione: verum ſpes eos deſtituit, cum WABSTIO teſte, promiſcuo ciues acnobiles vtantur iure, neque his vel protimiſeos iure vel alio quodam potiore vti liceat. Sed etſi habeant iura feudis cohaerentia, ſuffragio tamen eos in comitiis prouincialibus carere, perinde ac nobiles qui quatuor maiores ciere non poſſunt, eiusdem fide adfirmamus. Ceterum priuilegium illud Carolinum non pertinet ad ruſticos, praeterquam enim quod ad ciues reſtrictum intelligitur, neque ad illos porrigendum eſſe, patet etiam ex reſcripto[16] FRIDERICI AVGVSTI Poloniae regis d. 10. Aprilis 1743. ruſticos adquiſitionis feudorum et ſucceſſionis in eadem iuriſque ſimultaneae inueſtiturae expertes prorſus eſſe debere. Verba reſcripti ſic habent: Die mancherley Inconvenientzien, ſo ſich bey Beſitzung

derer

derer feudorum equeſtrium von Perſonen Bauren-Standes ereignen, haben Uns zu der wohlbedächtigen Entſchließung veranlaßet daß weder denen Bauersleuten die Acquiſition derer Ritter-Güther noch auch die Aufnehmung dererſelben in die geſammte Hand an einem dergleichen Lehn zu verſtatten. Occurritur denique omni dubitationi alio reſcripto d. 26. Sept. 1743, quod definit qui ruſticorum nomine veniant verbis: Was maßen unſere Willens Meynung blos von ſolchen Bauersleuten welche annoch würcklich dergleichen ſind — zu verſtehen. —— Mithin auf den Fall nicht zu verſtehen, wo ein Bauer ſeinen Stand verändert — oder ein Bauers Sohn durch Erlernung eines Handwercks und erworbenes Meiſter- und Bürger-Recht —— conditionem ciuicam erlanget oder in geiſtlichem, ciuil und militair Stande zu Ehren kommen: hinc ruſticum, redemto ciuitatis iure quidquid obeſt impedimenti effugere poſſe, recte ſtatuit Ill. BAVERVS. Neque tamen ruſticum feudorum improprioriorum incapacem eſſe docent verba reſcripti primo loco adducti, daß die eigentliche Bauer und ſo genannte Amts-Lehn-Richter-oder Schultzen-Lehn hierunter nicht zu begreifen. Iam paucis de iure PRINCIPATVS MINDENSIS videndum. Atque CVLEMANNO[17] teſte nobilium ordo pridem pro grauamine habuit, plebeios praediorum equeſtrium potiri, queſtusque ea de re rogauit: Demnach auch etzliche plebeii adeliche Güter mit deren Gerechtigkeiten, inſonderheit mit dem iure venandi an ſich Kauffsweiſe transferiren, und alsdenn die Jagd und andere adeliche Gerechtigkeiten (welche für dieſem unadeliche Perſohnen niemahlen exerciren dörffen) zu gebrauchen ſich unterſtehen, ſolches aber ſowohl unſern gnädigſten Fürſten und Herrn, auch reuerendiſſimo capitulo als den adelichen Standes-perſonen keinen geringen Eingriff gebehren wolte. Als bitten die von der Ritterſchafft daß J. Fürſtl. Gnaden mit zuziehung eines Hochwürdigen Dom-Capituls dieſes Punckts wegen mit Gnädiger determination ſich wollten vernehmen

 laſſen.

laſſen. Verum nobiles in caſſum laboraſſe docent verba reſolutionis: Weilen die Käuffer ſolcher Güter praeuio titulo zur poſſeſſion gekommen und hierüber Sr. Fürſtl. Gnaden noch zur Zeit keine Klagen vorkommen; als wiſſen Sr. F. G. dieſelbe nicht de facto ohne vorhergehenden rechtlichen Verhör und Erkänntniß der Sachen zu deſtituiren oder zu entſetzen. Im Fall aber die Ritterſchafft einen oder andern hierüber zu beſprechen entſchloßen, ſoll ihnen der Weg Rechtens hiermit eröffnet ſeyn. Quodſi itaque iis quae modo enumeraui, prouinciarum iuribus, addideris priuilegia NORDVSAE, BRISACO, SPIRAE, GOSLARIAE, BRVNSVIGAE, SVIDNICIO, VITEMBERGAE, MISENAE et in THVRINGIA ciuibus conceſſa, ſimul conſideraueris ea, quae de iure ciuium LVBECENSIVM, BAMBERGENSIVM, ac SVEVIAE ciuitatum obſeruarunt Viri perennis gloriae, I. N. HERTIVS[18] et D. G. STRVBEN[19], fallor, aut inde ſequitur, in potiori Germaniae parte promiſcuo hactenus iure vti ignobilium ordinem.

1. Altenburgiſche Lands O. P. 2. C. 2. T. 1.
2. Fürſtl. Sächſiſche Landes- und Prozeß-Ordnung des weyland Durchlauchtigſten Fürſten Herrn Ernſten Herzogen zu Sachſen p. 121.
3. Braunſchweig-Lüneburgiſche Celliſchen Theils Gerichts-Ordnungen p. 893. DE SENKENBERG de feudis Brunſuicenſibus §. 18. Neque tamen nobiles indigenas retrahendi facultate gaudere, docet Ill. C. F. Walch vom Näher-Recht p. 384.
4. Primis lineis vſus practici diſtinctionum feudalium p. 201.
5. l. c. p. 24. adde BEHR Rer. Meclenburgicarum L. 8. c. 15.
6. MÜLLER Reſol. Marchic. n. 33.
7. Corpus Conſt. Marchicarum T. 6. 1te Abth. p. 461.
8. Orig. j. publici Haſſiaci L. 3. c. 37. p. 276.
9. Sammlung Fürſtl. Heßiſcher L. O. P. 2. p. 242.
10. l. c. p. 271.

11.

11. Vide, quae eam in rem profert Perill. Lennep l. c. p. 569. In Comitatu Schaumburgico praedia nobilia ab ignobilibus poſſeſſa audiunt Sattel-Höffe. Idem p. 627.
12. Comment. ad I. F. A. §. 18.
13. S. 665. M. 5.
14. D. de perſonis communis Saxonicae manus capacibus.
15. Hiſtoriſche Nachricht von des C. F. Sachſens jetziger Verfaſſung S. 1. c. 2. §. 15.
16. Cod. Aug. T. 3. L. 2. p. 407. Excluduntur quoque ruſtici in Epiſcopatu Merſeburgenſi reſcripto d. 6. Aprilis 1743.
17. Sammlung derer Lands-Verträge des Fürſtenthums Minden p. 213.
18. D. de feudo nobili S. 4. §. 7.
19. N. St. P. 3. p. 425. 428.

## §. 9.

## DE PLEBEIORVM IVRE ADQVIRENDI PRAEDIA NOBILIVM IMMEDIATORVM.

Hoc agenti non alieno prorſus loco poſita videtur eſſe quaeſtio, *num ignobili ius ſit adſpirandi ad praedia nobilium Imperio ſine medio ſubiectorum?* Equidem vltro largior, valde impeditum eſſe ad illa aditum, adeo vt extraneo, ne dicam ignobili, raro liceat hanc adire Corinthum: interim minus tuto reor exinde deduci ſerialem aduerſus plebeios ſententiam. Sed vt officio faciamus ſatis, age, quae nobis ſuppetunt argumenta proferamus. Ac pertinet huc priuilegium Leopoldi [1] circulo *Sueuico* 1688. indultum, quocum amice conſpirant iura circulo tam *Franconico* quam *Rhenano*, conceſſa; nimirum venditioni praediorum equeſtrium hic ſtatuitur ordo, daß wenn ein Adelich Mitglied — ſeine adeliche Güter — käuflich hinzugeben vorhabens, daß er förderiſt dieſelbigen ſeinen Freunden und wenn die nicht wollen andern von der Ritterſchafft anbiethen und denſelben den Verkauff in gleichmäßigen billigen Werth verſtatten ſolle — zum Fall aber der Verkäuffer dieſe Ord-

 nung

nung überſchreiten und mit einem höhern, mittlern oder niedern Standes genoßenen — ſich käuflich einlaſſen würde, ſo ſollen alsdenn des Verkäuffers Verwandten und Agnaten — zum Fall dieſelben ſolches zu thun nicht begehren folgendes einem andern Mit-Glied aus der Ritterſchaft Mittel — und letztlich dem gemeinen ritterlichen corpori den Abtrieb und Einſtand zu thun gebühren. Cum enim verba priuilegii allegata, cauſſam neglecti legitimi ordinis ponant, nec ideo ad venditionem legi conformem pertinent: vtique ex eo, quod iure retractus, non niſi valida venditione exercendo, ab inferioris conditionis homine repeti debeat praedium illegitime alienatum, recte colligitur, ignobiles, huius generis bona adquirere non prohiberi. Nam cum translatio in perſonam incapacem nulla ſit: hoc modo alienata, reuocari, non retrahi, mihi quidem ad ἀλφίτα videtur pertinere. Clarius in rem adducitur decretum[2] FERDINANDI II. d. 17. Martii 1623. quo ad querelas equitum circuli *Rhenani* ita reſpondit: bey dem zehenden und zwölften *grauamine* können J. K. M. gar nicht geſtatten daß die adeliche Güter ſo etwa Bürger und Bauern an ſich bringen aus der Ritterſchaft Anlagen entzogen werden. Conuenit eidem ſtatutum nobilium circuli *Sueuici* de 1561[3] quo cauetur vt praedia equeſtria potiſſimum in equitum manus transferantur; et ſi fieri hoc ſine damno nequeat, cuicunque, ſaluo imperii iure vendantur. Verba art. 30 ſunt: Haben wir uns dahin entſchloßen daß ſich hinführo ein jeder, dem ſeine freyen Ritterliche und adeliche Güter feil, ſo viel mit Fügen und guter Gelegenheit geſchehen mag, — dieſelben wieder in des Adels Händen kommen zu laſſen, oder da es ohn ſein mercklich Nachtheil nit geſchehen könne, ſollen doch die denenjenigen, ſo uns nit verwandt anders nit, dann mit Vorbehalt gemeiner Ritterſchafft darauf hergebrachten contribution hingegeben und verkaufet — werden. Patet itaque praedia equitum Imperio ἀμέσως ſubiectorum, ſaluis iuribus Imperatoris et circuli, in cuius matri-

culam

culam relata ſunt, in homines inferioris conditionis, adhibita forma lege praeſcripta, valide alienari poſſe. Immo quodſi matriculas inſpicimus, inter perſonas in easdem ratione bonorum relatas[3], tam frequentia ſunt plebeiorum nomina, vt vel vnum hoc ſufficere videatur confirmandae ſententiae noſtrae.[4] Sed haec quidem ὡς ἐν παρόδῳ.

1. Burgemeiſters Cod. iur. equeſtr. T. 1. p. 288.
2. v. des H. R. R. ohnmittelbarer freyer Ritterſchaft am Rheinſtrom Raths Satzungen und Ordnungen p. 137.
3. AYRER Vindiciae libertatis corporis nobilium S. R. I. immediatorum &c. p. 216.
4. v. e. g. des H. R. R. ohnmittelbaren Ritterſchafft im vordern Elſaß adeliche Ritter O. u. Priuilegien p. 65 — 75. Poſſeſſionem tamen praedii in matriculam relati iura membri non tribuere, docet Auctor der vertheydigten Freyheit und Ohnmittelbarkeit der R. R. P. 2. p. 138.

## §. 10.

## NEC DESVNT TAMEN PROVINCIAE, QVAE IVS GERMANICVM MEDII AEVI CONSERVARVNT.

E diuerticulo in viam redeuntibus, id nunc agendum nobis ſupereſt, vt territoria in quibus plebeii a feudorum arcentur poſſeſſione enumeremus. Quamquam enim immutata militiae ratione, videri poteſt, ceſſante cauſſa, ceſſare quoque plebeiorum a feudis excluſionem, velut eius effectum: dantur tamen prouinciae, quae medii aeui mores hodienum adeo ſeruant pertinaciter, vt, niſi quis nobilium numero ſit adſcriptus, feudum tenere nequeat: immo ne nobilis quidem admittatur niſi auitae nobilitatis radiis corruſcet, excluſis adeo, quotquot codicillis ſupplere ſtudent defectum natalium. Idque in his territoriis tam diſtricte obtinet, vt nobilitatis probatione fungi videatur, quisquis vaſallos

parentes ciere poteſt.[1] Noſtri quidem non eſt ſuper aequitate diverſi huius iuris fuſius diſputare; ſi tamen, quae animo ſedet, ſententiam aperire licet: ſalua ceteroquin quae conſeruando nobilium ordini debetur cura, minus recte ingenuorum diſtingui videntur ordines. Vt enim improbum foret negare, eos, quibus inclutum non eſt titulis genus, ſaepe tam egregie de republica in vtraque militia mereri, vt ſi meritis certandum ſit, omnino ſuperent hos, quorum interdum

*laus eſt in origine ſolâ;*

nihil videtur dici aut cogitari iuſtius, quam vt in feudis adquirendis pari vtantur iure, maxime ſi eum honoris gradum adſcenderint, vt nobilitate gaudeant perſonali. Immo, cum reſtrictum de rebus noſtris arbitrium haud exiguâ nonnunquam pariat incommoda, ſi dicendum, quod res eſt, nec ipſis nobilibus ita conſultum videtur. Quid enim? ſi nobilis in nominibus fere poſitam habeat fortunam: nonne illius intereſt, praedium ſuum vendi plus licitanti plebeio, quam minori forte pretio, aequali?[2]

1. SIEGEL de litteris inueſtiturae C. 2. §. 2.

2. Hoc argumento vtitur J. P. v. Ludwig in der Erläuterung der G. B. P. 2. p. m. 1005.

§. II.

DE IVRE LVSATIAE.

Primo itaque loco commemoranda venit LVSATIA, *ſuperior* quidem, vbi vsque adeo reſtricta eſt praediorum equeſtrium, inprimis feudalium, alienatio, vt vix ſuperſit alia, quae illi hac ex parte comparari queat prouincia. Ac dupliciter alienatio impedita eſt, cum venditoris, tum emtoris nomine. Neque enim vaſallus praedium ſuum alienare poteſt, niſi prius virium equeſtrium fecerit periculum. Comprobant hoc priuilegia FERDINANDI I.

de

de 1544, et Maximiliani II. de 1575[1], quibus hac demum conditione conceditur vendendi facultas, wo einer von Adel ſo jung und ſtarck wäre, daß er im Küriß auff einem Hengſtmäßigen Pferd vor dem Land-Voigt den Vorrit erzeigen könnte. Quod autem ad perſonam emtoris adtinet: requiritur, vt ſit ein vierſchildiger Herrn-Stands, aut nobilitate ſaltem auita conſpicuus: idque tam ſeuere praecipit lex, addita dimidii pretii poena, vt ne oppignorationis quidem alioue titulo praedii equeſtris poſſeſſio in extraneum transferatur. Cum tamen Baro aut ex nobilitate auita emtor haberi nequeat: recentis nobilitatis vel ciuici ordinis viro non aliter datur feudi adquirendi licentia, quam ſi contractus ineundus publico programmate in vtraque praefectura *Budiſſenſi* atque *Görlicenſi* indicetur, vt, niſi trimeſtri ſpatio a publicatione computando, nobilis emtor haberi queat, ciuis emtor inueſtiatur, data reuerſalibus fide, feudum, ſi iterum veneat, auitae nobilitatis viro prae aliis venditum iri. Qua clauſula protimiſeos ius contineri, ac feudum eo, quem diximus ordine iterum venditum in noui hominis, ignobiliſue manus transferri, ideoque ſub haſta plus licitanti addici poſſe, auctor eſt cui haec ipſa me debere profiteor, Ill. Baver.[2] Vt autem ſimultanea inueſtitura comprehenſis licitum eſt feudum intra annum et diem ab emtore retrahere: ita ciuem feudo emto ſimul inueſtitum ſui ſimilem pro lubitu accipere poſſe, idem docet. Statuerant hac de re Luſatiae nobiles pacto quodam anno praeteriti ſaeculi XVIIII. inito, per receſſum prouincialem anni LXVI hunc in modum comprobato:[3] Haben wir uns —— verglichen daß die Land, Lehn und Erb-Güter in Verkaufung und Verſetzung derſelben allewege den näheſten Mitbelehnten aus andern Geſchlechtern und Wapens Genoßen oder da derſelben nicht vorhanden, oder ſich des Vorkauffs begeben, andern ehrlichen Leuten Herrn Standes oder von Adel auf ordentliche vorhergehende Annehmung ins Land angetragen, und kein Landſaß bey



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113487-p0037-4

Verluſt des halben Theils der Haupt-*ſumma*, jemanden anders als einen vierſchildigen Herrn-Standes oder von Adel uralten Geſchlechts und Herkommens zu überlaſſen, zu verſetzen oder *quocunque titulo* auf ihn zu *transferi*ren befugt ſeyn ſolle. Jedoch da über allen angewandten Fleiß kein Kauffmann von Herrn und Ritterſtande, weder Inn- noch Ausländiſcher zu finden, das Guth aber doch beträngter Schulden halber verkaufft werden müſte, auf ſolchen Fall ſoll ſolches zuvor an die ſämtliche Landſtände zu berathſchlagen, *quibus conditionibus et reſeruatis* ſolch Guth zum Theil oder ganz nach Befindung der Angelegenheit und Noth, zu Erfüllung *Credit*s und guten Nahmens veräuſert werden ſollte oder könnte, gebracht werden. Neque iuris Saxonici beneficio aut diſpenſatione praeuia, plebeio feudum facile conceditur. Cum enim Luſatia iure Saxonico non vtatur: eo magis domeſtico habendus eſt honos quod Marchionatus hic ea demum lege Electori Ioanni Georgio conceſſus fuit[4], ne iura aut mores patrii vlla ratione mutarentur. Interim diſpenſandi facultatem ſibi ſaluam voluit Elector Ioannes Georgius II. a. 1666. Atque haec de iure Luſatiae ſuperioris. De *inferiori* extat reſcriptum[5] D. Friderici Avgvsti Poloniarum Regis d. 2. Sept. 1740, quo cauetur: Hiernächſt erachten —— Wir hiermit zu dem Beſitz unmittelbarer — Lehn- und Ritter-Güter und deren *ſucceſſion ipſo iure qualifici*rt, ſowohl alle und jede dieſes Margraffthums dazu fähige Einwohner auff dem Lande und in Städten nach klarem Inhalt des *Ferd. priuilegii*[6] —— folglich zugleich unſere allda ſich auffhaltende Nieder-Lauſitzer Diener, ſo würckliche *Functiones* bekleiden, als auch —— in Dienſten ſtehende *Miniſtres* —— Räthe —— welche die Erlaubniß ein dortiges Lehn-Guth an ſich zu kauffen erlangt haben.

exemplum scr- 1. Riccivs vom Landſäßigen Adel P. 2. c. 23. f

exemplo co- 2. D. de perſonis comm. manus Saxonicae capacibus. §. 37.

Höyer, qui ex praescripto anno 1777 armatus equum conscendit, auctor scripti Etwas von dem im Marggrafthum O.Laußitz [illegible] [illegible] der Vortheil genannt. 3. Ed.

3. Lünig C. I. F. T. 2. p. 719. LEYSER S. 464. M. 9.
4. Schrötters Oeſterreichiſches Staats-Recht. T. 2. p. 145. 317.
5. Cod. Aug. T. 3. L. 2. p. 407.
6. Quod exhibet HORN Iurispr. feud. App. 1. N. 6.

## §. 12.

## SILESIAE IVS.

Proxime hoc ſequitur ius, quo non ſolum plebeii ſed et nobiles codicillares feudi nobilis dominium adquirere prohibentur. Conficit rem ein Königliches Ober-Amts-Schreiben[1] de 1713. quo cauetur: Iſt von nun an zu inhibiren damit hinführo niemand der ſich nicht ordentlich — zu dem Herrn oder Ritterſtand legitimiren würde und alſo keinen neu nobilitirten mehr ein adeliches Gut dominiotenus zu beſitzen geſtattet werde. Quid? quod HENELIO[2] teſte in ducatu *Glogauienſi* ex conſtitutione Vladislai equites quibus ceteroquin libera eſt feudorum alienatio[3], neque clerico neque ciuici ordinis homini, ſed ex nobilium duntaxat nuptiis procreato ea vendendi habent poteſtatem.

1. Lünig l. c. T. 2. p. 263.
2. Sileſiographia C. 8. §. 132.
3. GERARD de alienatione feudorum Sileſiae.

## §. 13.

## IVS HOLSATICVM ET SLESVICENSE.

In his terris praediorum equeſtrium, feudalium maxime, poſſeſſio itidem proprium ius eſt nobilium. Verba pacti die 10. Maii 1623. initi, atque a Chriſtiano IIII. Daniae rege confirmati, ſunt haec[1]: Nachdem die *alienation* — derer adelichen Güter an Bürger Standes-perſonen viel beſchwehrliche *inconuenientien* — gebehret

ret —— alſo iſt der gehorſamen Ritter- und Landſchafft eingehelliger Beſchluß —— daß hinführo in dieſen Fürſtenthumben keine adeliche Güther an Bürger Standes-*perſonen* und *communen transferirt* werden ſollen.

1. Lünig Collectio noua von der Landſäßigen Ritterſchaft T. 2. p. 491. Riccius l. c. p. 419.

## §. 14.

## DE TERRA ADVOCATORVM.

Eodem iure vtitur Variſcia, pacto enim inter Chriſtianum Marchionem Brandenburgicum et ordinem equeſtrem die 8. Iunii 1626. conſtitutum eſt[1]: wollen —— hiermit iniungirt und befohlen haben, inskünftige weder die ganzen Ritter-Güter denen Bürgern und Bauern zu verkauffen noch die dazu gehörigen Stücke quovis modo davon zu reißen.

1. Lünig l. c. T. 2. p. 124.

## §. 15.

## POMERANIA SVECICA.

Huc quoque ciues Pomeraniae Suecicae referuntur. Cum enim Philippus Dux Pomeraniae conquereretur, ciues emtionis alioue titulo, plurima feuda adquiſiuiſſe, vix vt ſibi ſuperſint reliqua, grauiter hoc admodum tulit Carolvs V. et a. 1548. ſeuero mandato praecepit, vt feuda haec quoquo titulo parta, liberae ſubſint reluitioni; acrius quoque interdicens omni poſthac feudorum in ciues alienatione, irritis ſimul declaratis, pactis aut priuilegiis, ad quae prouocare poſſent. Verba quantum huc pertinent ita ſe habent[1]: Wir Carl der fünffte von G. G. Römiſcher

K.

K. ꝛc. entbieten unſeren und des Reichs lieben getrewen N. Burgemeiſtern, Raten, Burgern und Gemeinden, und ſonſt allen andern, unſern und des Reichs, auch der Hochgebornen Barnim und Philipſen, Gevettern Hertzogen zu Stettin, Pommern ꝛc. — Unterthanen und getrewen — unſer Gnad und alles Guet. Uns hat der Hochgeborn Philips Hertzog zu Stettin-Pommern ꝛc. — zu erkennen geben, wie daß ihr, von weiland ſeiner liebe Vorfordern — und auch jetzo ſeinen und ſeines Vettern Herzog Barnim Unterthanen und Verwandten denen von Adel, auch Geiſtlichen und andern, viel treffentliche Lehen — in dem Schein etzlicher vermeinten Freyheiten und Privilegien — aigentumlich Kauffs und ander Weiſe — an ewch gepracht habet, vnd noch teglichen an ewch zu pringen underſtehen ſollet, — Und uns darauf demütiglich angeruffen — daß wir in ſollichs gnediglich zu ſehen geruhten. Und dieweil nun obberurt ewer Handlung und Fürnehmen wider die Freyheiten und Gnad, damit der gemelten Hertzogen — Vorfordere und ihre Nachkommen, von weiland unſern Vorfahren am Reich — begabt und fürſehen ſeyn — haben wir demnach dem gemelten — Hertzog Philipſen bevolhen, zugeben, und zugeordnet daß ſein Lieb oder derſelben Erben zu Irer Gelegenheit alle Gueter ſo Ir alſo, wie obſtehet eigentumlich Kauffs, Pfands oder ander Weiſe — an ewch pracht — unangeſehen aller Privilegien und Vertrag — ahn Ir Lieb zu repetiren und zu pringen. Und gebieten ewch darauf, bey Vermeidung unſer und des Reichs ſchwere Ungnad und Straffe — und wollen daß Ir nhun hinfüro von des gemelten Hertzog Philipſen — Unterthanen — kein Lehen — weder in Krafft ewer vermeinten Freyheiten — noch ſunſt in was Geſtalt das Namen haben mag, an ewch bringet oder kauffet, ſunder ewch derſelben gentzlichen entſchlahet — denn wir alle dieſelben Ewer vermeinten Freyheiten und Privilegien von Römiſcher Kayſerlicher Macht Vollkom-



menheit

menheit hie mit dieſem Brieve, jetzt alſe dan und dan alſe jetzto —— aufheben, caſſiren ꝛc.

1. Dähnerts Sammlung Pommerſcher Grund-Geſetze T. 1. p. 21.

## §. 16.

## TERRAE AVSTRIACAE ET FVLDENSES.

Addimus Auſtriam terrasque Fuldenſes. Quamquam enim verba nobis deſunt legitima: ſuffecerit tamen, viris omni exceptione maioribus hac in re deferre teſtimonium. Ac teſtis eſt ſaepe laudatus Strvben[1] neminem, niſi qui tres maiores ex vtroque latere ciere poſſit nobiles, in terris Auſtriacis praedio equeſtri potire poſſe. Gemina ſunt quae de Fuldenſibus tradidit Schannat.[2] Adiicere iuuabit litteras quibus Abbas Ioannes Conrado ab Aula praedia feudi lege conceſſa vendere permiſit conuentualibus domus Grefenawe. *Wan nu* inquit *die vorgenante Gut und Hofſtat mit iren Rechten und Zugehorungen von uns und uſerm Stieft zu Lehen ruren —— ſo bekennen wir die denſelben egenanten Proviſor und Herren zu Grefenaw, und vereygen In auch daz alles, darzu geinwertlich mit dieſem Briefe ſo wir rechtlich ſullen und mugen —— Wurden auch die vorgenannte Proviſor und Herren als bedrungen, daz ſie die vorgenante Gut und Hofſtat wider vorkeuffen muſten odir wollten, ſo mochten und ſolten ſie die vorkeuffen einen erbarn Mann der Ritter adir Rittermeſſig were, und der auch darumb unſer und unſers Stiffts Mann werden und ſin ſolte an Widerſprache.*

1. N. St. T. 3. p. 426. Nobiles Indigenas aduerſus peregrinos retractus iure vti, docet Ill. I. A. Hoffmann Comm. de indigenis eorumque praerogatiuis §. 10.

2. Client. Fuld. Cod. prob. p. 265.

§. 17.

PRINCIPATVS NEOBVRGICVS.

Numerum auget hic principatus. Sic enim ait die Erläuterung und Vermehrung der Landesfreyheit des Fürſtenthumbs Neuburg de anno 1607[1]: Weil eine zeithero — die Hoff-Marckhen und Edelmanns-Güter denen Bürgern — zuweilen verkaufft worden, ſo haben wir uns — dahin verglichen daß dergleichen Kauff künftig nicht geſtattet ſondern ſolche Güther hinführo gebohrnen von Adel verkaufft werden ſollen.

1. Lünig l. c. T. 1. p. 1158.

§. 18.

BAVARIAE IVS.

Sequitur ipſa haec principia Bauaria, niſi quod conſenſu Electoris accedente plebeiis ſecura redditur praediorum equeſtrium, feudalium maxime poſſeſſio. Ita ſanxit Ferdinandus Maria Elector 1672. verbis:[1] Wir ſtatuiren auch hiermit — daß nun hinführo keine adeliche Land-Güter — ohne unſern ſpecial Befehl und Bewilligung per contractum ſeu actus inter viuos in andere Hand ſollen können oder mögen veralienirt werden als welche der Edelmanns Freyheit fähig ſeyn, auch wir dafür erkennen oder noch dafür erkennen werden.

1. Lünig C. I. F. T. 2. p. 527. Kreitmayer in dem Grundriß der gemein und bayeriſchen privat Rechts-Gelehrſamkeit P. 4. C. 5. p. 223. Praedia huius generis ignobili vendita retrahi, docet Ill. Walch l. c. p. 385.

§. 19.

DE ARCHIEPISCOPATV COLONIENSI ET EPISCOPATIBVS OSNABRVGENSI ET MONASTERIENSI.

Agmen claudit ius Colonienſe, vti docet die Cöllniſche Rechts-Ordnung.[1] Cum enim caueat vt filiae nobiles, relicta fratribus

praediorum poſſeſſione, dote contentae ſint: ſubiicitur haec limitatio, ex aequo tunc herciſcundam eſſe familiam, cum fratres propter matrimonium inaequale ius comparendi in comitiis praedio nobili cohaerens amiſerint. Sed verba digna ſunt quae adducamus: Obberührte Satz und Verordnung der Töchter Ausſtewrung ſoll alsdenn nicht Platz haben, noch die Schweſter dem Bruder von den elterlichen Gütern zu weichen ſchuldig ſeyn, wenn die Brüder alle ſich dergeſtalt misheyrathen würden, daß ihre Erben ſich zu Landtägen unter dem Ritterſtand rechtlicher Gebühr nicht qualificiren könnten, ſondern ſoll in ſolchem Fall denen Töchtern bevorſtehen mit ſelbigen Brüdern die elterliche Verlaſſenſchafft ohne Abzug eines adelichen Vortheils in capita abzutheilen. Epiſcopatus denique, Monaſterienſem atque Oſnabrugenſem, eodem iure regi, auctor eſt Generoſiſſimus DE SELCHOW.[2]

1. T. 6. §. 8.

2. Elem. I. Germ. §. 263. n. 4. Addatur diploma Henrici Episcopi Monasteriensis apud Böhmerum §. 20. de nat. et indole exspectat. feud. p. 6

NVM IVS SVFFRAGII IN COMITIIS PROVINCIALIBVS TRANSEAT IN IGNOBILEM EQVESTRIS PRAEDII POSSESSOREM?

Ea cum ſit iurium pariter atque onerum conditio, vt, rem ipſam adficientia, ſiue poſſeſſioni cohaerentia, niſi modus conſtitutus ſit ciuilis, poſſeſſorem ſequantur:[1] dubitari non poteſt, quin ignobilis praedii equeſtris poſſeſſor, iura eius omnia adipiſcatur. Sed dantur tamen iura, de quibus pro diuerſa illorum relatione, anceps haerere poſſis, reine an perſonae ſint tribuenda? Argumentum eſt vexata ſatisque agitata de iure ſuffragii comitiali ignobilis equeſtris praedii poſſeſſoris quaeſtio. Alii enim illud fundo dicunt cohaerere[2]; alii perſonis proprium eſſe nobilium. Quidam denique, velut herciscundi, idem nec reale, nec perſonale,

nale, ſed mixtum exiſtimant.[3] Qua in lite dum curas cogitationesque defigo: libens equidem profiteor, meum non eſſe tantos componere fluctus: at ſi animum licet oſtendere, praecipue placet Ill. ac Generoſiſſimi SELCHOVII[4] iurisprudentiam aeque ac Georgiam Auguſtam ornantis ſententia, *ius illud ſuffragii eſſe in rem, praediisque equeſtribus matriculae inſertis inhaerere.* Cum enim ius circa collectas pro fundamento haberi poſſit priuilegiorum, quibus ad haec vsque tempora ſtatus gaudent prouinciales[5], ac vel ideo iura illorum ad rei qualitatem referri neceſſe ſit, quod ex praediis collectae ſoluuntur; nec ad exemplum comitiorum imperii, quae PVFFENDORFFII[6] ſententia eſt, prouincialium quisquam, niſi poſſeſſionibus ſit inſtructus ad ſuffragium admittatur: tum hoc maxime ad rem pertinet quod ſaeculo XVI. nobiles, non modo vt conatus reprimerent eorum, qui nobilitate codicillari impetrata, paria ſibi cum ipſis iura arrogarent, ſed etiam vt ius immunitatis aduerſus impoſitionem onerum publicorum in tuto collocarent, praedia ſua matriculae equeſtri inſeri curarunt.[7] Vnde factum eſt, vt quicunque deinceps praedium matriculae inſertum adquireret, non poſſet non ſuffragii ius, quippe poſſeſſioni cohaerens, adipiſci. Quare cum nec hodie nobilis praedio nobili carens in comitiis prouincialibus comparere poſſit, et in creditorem quoque, ſequeſtrem aliumue praedii poſſeſſorem[8] ius ſtatus transferatur: ſatis, opinor, probatae a nobis ſententiae conſtabit ratio. Ceterum quia non natura ignobiles, quorum non minus, quam nobilium rempublicam ſaluam fore intereſt, a comitiis arceantur: vim vtique agnoſcimus obſeruantiae; nec haeſito, meum facere immortalis gloriae Viri, I. MOSERI[9], iudicium, dicentis: ich meines Orts halte dafür, es laſſe ſich auch in dieſer Sache keine gewiſſe Regul feſtſetzen, ſondern es komme hierinnen auff eines jeden Landes beſondere Verfaſſung an. Quamuis igitur in principatu *Calenbergico*[10], terrisque *Hildeſienſibus*[11] etiam ignobi-

ignobiles ius exerceant ſuffragii: in *Auſtria*[12] tamen ac *Bohemia*[13], item in *Saxonia Electorali*[14], *Bauaria*, *Archiepiſcopatu Colonienſi* et in *Iulii*, *Cliuiae* ac *Montium* ducatibus viris auitae tantum nobilitatis comitiis intereſſe permittitur.[15] Neque in *Haſſia Caſſellana* ignobilis ad comitia admittitur, licet ESTORE[16] teſte, in veterem proſapiam multitudinemque imaginum haud curioſe inquiratur.

1. Arg. L. 67. D. de contrahenda E. V.
2. F. V. PESTEL de comitiis prouincialibus §. 12.
3. LEYSER S. 664. M. 30. et 31.
4. l. c. §. 264.
5. STRVBEN Obſ. iuris et hiſt. Germ. O. 4. §. 25.
6. Obſ. I. V. T. 3. O. 103.
7. Perill. Lennep l. c. p. 764. RICCIVS l. c. p. 357.
8. PESTEL l. c. REICHARDT de ſtatibus prouincialibus eorumque variis iuribus §. 8. WILDVOGEL de ſtatibus prouincialibus §. 131.
9. Von der T. Reichsſtände Landen Landſtänden und Unterthanen p. 528.
10. Sammlung derer Calenbergiſchen Lands-Ordnungen p. 125, vbi dicitur: Erſtlich ſind alle diejenige ſo ein Ritterguth beſitzen zu Ablegung der davon kommenden Wahlſtimmen, dem Herkommen gemäß ferner zuzulaſſen, ſie mögen adelichen Standes ſeyn oder nicht.
11. Ita cauet das Wahl-Reglement von 1716: Derjenige welcher einen in der Ritter-Matricul befindlichen Rittersitz und zwar nicht auff einen bloßen Pfandſchilling, ſondern Wiederkauffsweiſe beſäße, er ſey von Geburt adelich oder nicht, iſt zu den Wahlen der deputirten und Schatz-Räthe actiue zu admittiren, weil ein ſolcher durante retrouenditionis contractu dominus feudi vtilis, das votum aber ein annexum des Rittersitzes iſt. Conſpirat quoque das Celliſche Wahl-reglement d. 2. Nov. 1752.
12. Lünig von der Landſäßigen Ritterſchafft P. 1. p. 49.
13. Idem p. 382.
14. Idem Cod. Aug. P. 1. p. 367.
15. Moſer l. c.
16. Elem. iuris publici Haſſiaci p. 295. Lennep l. c. p. 569.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113487-p0046-4

Kl 804

ULB Halle 3
005 022 681

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113487-p0047-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-113487-p0048-5

# DE
# IVRE
# INGENVORVM,
## ADQVIRENDI FEVDA.

Kl 804

Verf.: Herm. Wilh. Ledderhose

Μωμήσεταί τις θᾶσσον ἢ μιμήσεται.

[Cassel] CIƆIƆCCLXXVI.

s. Strieder Bd 7 1787